Vc
3389

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0002-3

k.318

Vc 3389

# STRENA PANEGYRICA,

*Calend. Jan.*
*Anni M. DC. XXI.*

I, 312

# SERENISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, DOMINO IOHANNI GEORGIO,

Saxo. Iul. Cliv. & Montium Duci, Sacri Rom. Imp. Archimarſchallo atq; Electori, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Burggravio Magdeburgenſi, Comiti de Marca & Ravensberg, Domino in Ravenſtein, &c.

*Domino ſuo clementiſſimo,*
*humiliter dedicata.*

à

## IOHANNE SEUSSIO.

Seneca de Conſul. ad Polybium.

*Omnium domus illius vigilia defendit, omnium ocium illius labor, omnium delitias illius induſtria, omnium vacationem illius occupatio.*

LIPSIÆ,
Impenſis hæredum Thomæ Schûreri,
EXCUDEBAT JOHANN Glück/ Anno 1621.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0003-9



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0004-5

# STRENA PANEGYRICA.

*CUm roſeis Aurora caput redimita capillis,*
*Purpureoq́; gerens radioſa monilia collo,*
*Crinaliq́; auro rutilans, aperiret hiantes*
*Cœlicolûm portas, primiq́; roſaria Phœbi,*
*Gemmatisq́; novam properaret vecta quadrigis*
*Ferre diem, rurſus circumfluus annus in annum.*
*Quâ redit, atq; novum, curſu novus, incipit annum;*
*Tunc mea Terpſychore, DOMINO pro munere dignã,*
*Sollicitabatur, quam poſſet didere Strenam,*
*ENSIGERO HEROI, quem ſolum & ſuſpicit unum,*
*Manè ſuburbani nunc has, nunc tranſit ad iſtas*
*Parnaſſi areolas pulvillosq; ordine, ſolers*
*Quas ſtruxit Natura Parens & filia Flora.*
*Omnigeno blandè ridentûm ſchemate florum.*
*Qui licet in niveâ paſſim tellure laterent,*
*Prolexit niveis pedibus tamen omnia florum,*
*Diva, theatra ſuis, ſua ubi veſtigia preſſit,*
*Pallentes violas, & ſpicatos amarantos,*
*Reginasq́; roſas, ferrugineosq́; hyacinthos,*
*Irida, Narciſſos, & florum lilia Reges.*
*Nunc croceus, roſeus, placet & flos ruffus, & albus,*
*Mox croceus, roſeus, ruffusq́; & diſplicet albus,*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0005-0

*Præteriens flores, ita flores deſpicit omnes.*
*Sola ſuo Divæ blanditur* RUTA *virore,*
RUTA *virore ſuo gelidæ non ſubdita Brumæ,*
RUTA *ſed* ENSIGERI *jam Martia ſigna coronans*
*Hîc ubi Rutarum medio conſedit in alveô,*
*Parnaſſi ædiculam aſpiciens, conſuetaq; tecta,*
*Diva recordatur, quòd clementiſſimus* HEROS,
Ovid. 8. Metam. 20. Iunij. Anno 1620. *Juppiter, ut Baucis, quondam, atq; Philemonis ædes,*
*Sic humiles, quinis ipſum comitantibus umbris,*
*Intraſſet noſtros, ſubmiſſo vertice, poſtes.*
*Pieridum & coluit Parnaſſum & cernere charam*
*Librorum mercem, quâ triſti à funere geſta,*
*Nomina &* HEROUM *ſcabrâ à rubigine ſervant,*
*Cætera cum pereant adamantina & ærea ſigna,*
*Sed nec prandiolum* DUX *aſpernatus agreſte,*
*Quale Jovi exhibuit Baucis, vetulusq; maritus,*
*Villula quod parvæ citò coxerat arte culinæ*
*Simplici, & inmixtis dapibus variarat inemtis,*
*Protulit, atq; aliis, quas ruſtica Theſtylis, eſcis,*
*Parnaſſiq; lubens guſtarit præbita vina,*
*Munificusq; Jovis non inferiora ſecutus*
*Munera, Parnaſſo donarat & altera Bacchi*
*Munera, queîs Vatum ſine nemo poëmata fundit*
*Laudata, & numeros, niſi gutta beata redundet.*
*Cumq; ſuburbani, defeſſo ætate Poëtæ*
*Ire è Parnaſſi tectis illucq; redire,*
*Eſſe grave acciperet, mitiſſima* PRINCIPIS *aura,*

*Parnaſſum*

*Parnaſſum Vati ſe, dixit, in urbe daturum.*
*Fundamen jactum eſt! Apicem novus afferat annus.*
*Hoſpitis at tanti radiis, animiq; benigni*
*Attoniti novitate pavent, manibusq; plicatis*
*Concipiunt Vatesq; preces, timidæq; Camœnæ,*
*Et veniam dapibus, nullisq; paratibus orant,*
*Suppliciterq; rogant, meritis pro ingentibus unam*
*Quandoquidem nequeant meriti perſolvere micam,*
*Hæc benefacta ſuis Opulentia dia repenſet*
*Ut loculis! ſed & usq; ſuo velit ipſe favore,*
*Subdola ne fidum convellat lingua Poëtam,*
*Quisvè oculo lædat tranſverſà tuente, cavere.*
*Tranquillo aſt animo jubet eſſe, hilarisq; recedens*
*Dat dextram, Sonipes quem rurſus ad atria portat,*
*Gloria circumambit, decor & comitatur euntem.*
*Sedibus intereâ miſſus ſucceſſerat aulæ*
*Legatus, JANUS, Comes ille, GEORGIUS, alta*
*ZOLLERIANA Domus proavos, atavosq; recenſet,*
*Itala cuiq; dedit ZAGAROLLIDE ab arce COLUMNA,*
*Cæſaris Os, Romana cui, cui Teutona Siren*
*Seßitat in labris, & nectare grandia miſcet*
*Effundens, Pyliæ Nelëia verba ſenectæ.*
*Debitus huic honor eſt habitus! Fortè ENSIGER iſto*
*Momento ſaltus indagine cinxerat, inq;*
*Saltibus innumerum Cervorum cinxerat agmen,*
*MAURITII burgum propè, fons ubi nomine Pagum*
*Obſcœno indigetat, nec verſu dicere refert.*

 Specta-

14. Iulij 1620. *Spectatum advehitur Legatus, magnaq; MATER*
*Parvuli & HEROES, cum NYMPHISq; altera MATER*
*Ludo huic participant hilari! dignantur adeſſe*
*Pierides etiam! Venientes Cervus avenâ*
*In mediâ paſcens ubi vidit, tramite lævo*
*Ocyus ad ſylvas ſe contulit, omine lævo.*
*Tunc ubi voce viri, Canis & latratibus inſtat,*
*Diffugiunt per prata feræ, quas undiq; PRINCEPS*
*Inclytus & ſocij poſt frondea vela latentes*
*Letiferi ſternunt currentes fulmine plumbi.*
*Multa ſtrage jacent: Venantum jubilat agmen:*
*Ipſa cruentatam viſit Latonia prædam,*
*Et, data jam properans ſpectacula claudere Matri,*
*Urget cum ſociis nemoralia Cornua flatu.*
*Pòſt ea diſcumbunt proceres, & feſſa reponunt*
*Membra levantq; ſuas vino curasq; ſitimq;*
*Jamq; dies exactus erat, Dictynna recedit*
*Ad ſua teſqua, DUCES recipit nova DRESDA reverſos,*
*Talia in Albicolis ſunt edita ludicra ſylvis*
*Plura, ſed Auguſti cum Luna recenſuit orbem,*
*ARMA ALACRI FABRICANDA DUCI, Mars intonat ore*
*Horriſono: ignipotens crepitantia Mulciber arma*
*Præparat, & durâ Cyclops incude laborat,*
*Fulmineum Brontes efformat in ignibus enſem,*
*Auricomâ ſummum componere caſide conum.*
*Feſtinat*

*Feſtinat Steropes, nectit thoraca Pyragmon.*
*Ex chalybis meliore acie, quem Stiria gignit,*
*Vulnifici chalybis ditiſsima Stiria mater.*
*ENSIGERO nil cum jaculis, cornuvè Dianæ*
*Amplius, invigilat bellis, ibi totus oberrat,*
*Eſt operoſa quies, pro dulci cura quiete eſt.*
*CÆSARIS imperio ſeſe ſubtraxerat omnis*
*LUSATIÆ populus, vicina exempla ſecutus,*
*Hos ut ad obſequium, monitisvè fidelibus, armis*
*Explicitisvè velit, ſit nolint, cogere SAXO*
*ENSIGER Auguſto ſic DUX à CÆSARE juſſus,*
*Cui refragari, neq; jus, neq; ſivit honeſtas.*
*Ergò Cæſariis excitus juſsibus, omnes,*
*Quas jam florentes collegerat ære phalanges*
*Ad Salam, Albim, Unſtrum, Myldam, Pleiſſamque & Eliſtrum,*
*Mulbergæq; tenus ſiccis luſtrârat arenis,*
*Evocat, & cunctis meditatur caſtra maniplis.*
*Pars per Dresdenſem pontem; pontone vehente* 24. Aug.
*Non procul à Pirnæ muris pars trajicit Albim,*
*Turbo Equitum, virides quoq; & omnis ferrea latè* 25. Aug.
*Tempeſtas operit campos, paribusq; magiſtris,*
*Quos varia inter ſe diſtinguit flammula ſignis,*
*Quin etiam ignivomo tormenta ſonantia bombo*
*Educuntur equis & junctis plurima plauſtris.*
*Emicat extremum Dresdâ DUX ENSIGER urbe,* 28. Aug.
*Martius hunc ſonipes robuſtis elevat armis,*

*Argutum*

*Argutum caput extollens, atq; aurea mandens*
*Frena ferox, gaudensq; gradus glomerare ſuperbos,*
*Ponè ſubitque* COMES, *Ductor*, MANSFELDIUS
*Heros*
VVOLFIUS, *ipſe ſuas cui Mars commiſit habenas,*
*Conſilio, Virtute, manu, pro Cæſare promtus.*
*Anteit & ſequitur Cataphractorum ærea turba*
*Venantumq; cohors, rigidi tunc Martis alumni.*
*Infuſo belli criſpantur ab aëre ſigna,*
*Auditur lituumq; fragor, clangorq; tubarum.*
*Finit in acceſſos ibi ſylva Bohemica montes,*
*Vitreus exiguo Sprea fonte regurgitat undas*
BUDISSAM*q; recens auctus propè verberat urbem,*
BUDISSAM, *reliquis quæ præſidet urbibus, urbem,*
*Curia, quam proceres ſoliti regionis adire,*
*Hexapolis, patriisq; inibi ſuccurrere rebus.*
*Hujus ut ad muros totis conſidere caſtris*
*Decretum, caſtris datus eſt locus, aggere caſtra*
*Sunt munita ſuo, tormentaq; in aggere fixa.*
PRINCIPIS *at Bonitas, invitis cingier armis*
*Ut teſtata prius; ſic tunc quoq; cenſuit, antè*
*Omnia pertentanda, animos ſi flectere poſſet,*
*Morigeri ut faciant, demùm facienda coactis.*
*Admonuitq; iterum clementer, pace ſequeſtrâ*
*Seq; ſuosq; ſuæ fidei concredere vellent,*
*Quò pax illæſos cives tranquilla juvaret,*
*Et ſua ſemotis libertas paſceret armis,*

*O fortu*

*O fortunati, ſi mens non læva fuiſſet,*
*Hæc monita accipere, & DOMINO parere priori.*
*Omnia ſed ſurdis dicta hæc! ſive obſtitit urbi*
*Immiſſus miles, Fatum ſive obſtitit urbi,*
*Ira DEIq́; DUCEM meritas accendit in iras,*
*Cujus ſparſerunt in caſtra propinqua priores*
*Ignito varias ex ferro ſulphure maſſas*
*Atq; equitum turmas, quas noſtri rurſus in urbem*
*Rejecere ſuis equitum, magno impete, turmis.*
*Non procul inde, DUCIS, colles obſederat omnes*
*Oppoſitos urbi, miles, cumq́; aggere muros,*
*Hinc tormentorum torqueri fulmina, & ignes*
*Sulphurei, nec non ingenti pondere glandes,*
*Cœperuntq́; globos farctos mortaria flammis*
*Candentes vomere, atq; iterumq; iterumq; referre.*
*Obſeſſi at quamvis ſe fortiter usq; tuentes*
*Acriter ignitis tentâre reſiſtere telis:*
*Non tamen hîc vires, profuſaq; flumina proſunt,*
*Paſcitur adjutus Vulcanus turbine venti,*
*Gliſcentemq́; ciens domuum per viſcera labem,*
*Fœmineo ardentes ſtridunt ædes ululatu,*
*Semirutæ & turres disjectaq́; mœnia fumant.*
*Tum verò omne feros viſum conſidere in ignes*
*BUDISSUM! at tandem, paullum cum flamma remi- (ſit,*
*Militi & obſeſſo pyrio cum pulvere plumbum*
*Deficeret, nec non metuiſſet, farra deëſſent,*
*Nec, qui ſubſidium promiſerat, afforet ullus,*

*Militibus cecidēre animi, formidine cives*
*Perculſi, incipiunt mentes adhibere ſaluti*
*Quærendæ in medium, miſsiq́ ; expoſcere pacem.*
*Supplicibus votis, promittunt jura paratos*
*ENSIGERI accipere, & veteri ſe ſubdere REGI,*
*Externus miles, cùm ſe, non ante trimeſtre,*
*Vel contrà ENSIGERI, vel contrâ CÆSARIS arma,*
*Arma reſumturum, juraſſet, dedita ſigna.*
25. Septēb. *Reddita ſunt illis abitus conceſſus & illis.*
*Serico at in loculo, prolatis clavibus urbis*
*Victoriq; datis, toto comitante Senatu,*
*Conclamatur iò, reſponſant littora Suevi*
*Victor iò, vario reſponſant caſtraq; plauſu,*
29. Sept. *Victricesq́ ; canunt victricia ſigna cohortes.*
*Deniq; victricem caſtrenſis concio laudat*
*Et de ſucceſſu venerantur vota JEHOVAM,*
*Pòſt urbem ingreſſus pauco cum milite Victor*
30. Sept. *PRINCEPS regalem vice Cæſaris occupat arcem,*
*Quam* Bretſchen*bergam dixit carioſa vetuſtas.*
*Hinc ubi dicta dies, ſolio conſedit in alto*
*ELECTOR, circum quem ſtant lectiſsima membra.*
*Conſilij interioris, honos & Martis & Artis,*
*Aulai in medio, civis, cum cive Senatus*
*Juſsi comparent, & flexo poplite poſcunt*
*Criminis admiſsi veniam, fidumq́ ; futurum.*
*Ipſorum obſequium, jurato numine, ſpondent.*

Tunc

*Tunc gravis eloquij* CASPAR SCHÖNBERGIUS *ore,*
*Secreti Præſes conclavis, Miſnicus Atlas,*
*Publica qui rerum ſuſtentat pondera, victis*
*Præteriti erroris commiſſa piacula monſtrat,*
*Et monet, ut poſt hâc ſervent commiſſa fidelis*
*Servitij: lecta eſt jurandi formula juris,*
*Dictaq́ cum lecta eſt jurandi formula juris,* 4. Octob.
*Septima lux oritur, cum ſtans* HOENECCIA *Peîtho*
*Explicat in cathedrâ, quæ ſit reverentia ſceptri*
*Debita, quæq́ Dei foret indignatio in omnes,*
*Bella poteſtati Regum importuna moventes;*
*Tùm monet Auctori præconia digna triumphi*
*Reddere, ſupplicibusq́ jubet procumbere votis.*
*Intereà dum ſic Superæ pars maxima noſtris*
LVSATIÆ *rurſus, ſed & Infima vincitur armis,*
*Quâ patet hæc! glacialis hyems obducere campis*
*Candentes floccos, inamœnaq́ reddere caſtra.*
*Frigoribus parat: Ergò ſuo loca dedita munit* 2. December.
*Præſidio, & Dresdam repetit* DUX ENSIGER *illo*
*Ordine & hâc pompa, Dresdam quâ exiverat ante*
*Bis ſeptem Hebdomadas, reducem tormenta ſalutat,*
*Aggeribus celſis exploſa, fit obvia Dresda,*
*Et ſalvum Natum, Patrem, charumq́ Maritum,*
*Excipiunt Genitrix, Soboles, & chara Marita.*
*Inſequitur reditum ſacra lux, ubi concio facta.* Dom. I. Adventus
*Numinis in laudes conſurgens tota, quod ejus*
*Ceſſerit auſpiciis tantæ Victoria palmæ*

ENSIGERO, unde iterùm redimi pax aurea poſsit,
Veraq; tranſmitti Doctrina nepotibus olim
Naſcendis, & qui tandem naſcentur ab illis.
LAUDAMUS TE VOCE DEUM, penetralia cantu
Unanimo reſonant, reſonant tuba, tympana, cantum,
Terq; repercuſſum tormenta per aëra cantum.
Nos quoq; Pierides Alcidi ſolvere, noſtrum
Parnaſſum à trucibus cupido defendere monſtris,
Et clavâ promto violaria pulcra tueri,
Vota laboramus, Strenamq; imponimus aris
Condignam ENSIGERO! ſed totus Strena ſit annus
Strenaq; quadrifido Phœbi prognata labore,
Quadrifidum & Phœbi comitetur Hygéa laborem:
Prima DUCI genialis Hyems Hyemisq; voluptas
Procedat, niveos ſpargens tellure capillos,
Stans trabeâ ut poſsit DOMINAM Mars blandus in orbem
Ducere, & in mediis nivibus revocare calores,
Effuſis quadrupes citò cum gyratur habenis,
Illud ſuave vehi eſt Marti: Ver inde ſerenum,
Cum tepet à Zephyris iterum clementior aura,
Pingat ei viridante Smaragdina gramine prata.
Divite pòſt Æſtas ſua compleat horrea meſſe,
Autumnusq; feris locupletet pinguibus aulam,
Pampineis generans Autumnus vitibus uvas.
Deniq; conjunctim depromant ubere fœto,
Ferrum

*Ferrum, Aurum, Argentum, Stannum, Plumbumq;*
*Cuprumq;.*
*Pacificus Martem Mars vincat pace cruentum,*
*Ferrea belligeri compeſcat & oſtia* J A N I.
*At* DUCIS ENSIGERI *laudes non ultima Thule*
*Neſciat, æternis pingantq; in floribus Horæ*
*Longáq; perpetui ſervent in ſecula faſti.*
*Hæc mea Terpſychore! faciat rata vota* SUPREMUS,
*Innocuisq; novus peragatur Solibus annus,*
*Parnaſſusq; novus nova vota refundat in annum.*

F I N I S.

AUrora thet ſich ſchicken/
Daß ſie widrumb außführ/
Ihr Häupt thet ſie ſchön ſchmücken/
Ihr güldnes Haar mit Zier
Flocht ſie zur ſtell/
Vnd ſatzt drauff ſchnell
Ihr Purpurfarben Stralen hell/
Thet darnach ohn verdrieſſen
Die Himmelsport auffſchlieſſen/
Draus man zur ſtund ſah ſchieſſen
Stralen Leibfarb vnd weiß:
Bald fuhr ſie nach mit fleiß
Vnd brachte dar
Vom newen Jahr
Das erſt Liecht dem danckeln Erdkreiß.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0015-6

Da thet mein Muſa deucken/
Was ſie jhrm Printzen werth
Zum newen Jahr möcht ſchencken
Den ſie allein nur ehrt:
Drauff ſie bald hat
Auff friſcher That
In jhrm Parnaſſo vor der Stadt
Durchſucht in gantzen Garten
Die Beht mancherley arten/
So Flora ſelbſt thut warten/
Dieſelb warn allbereit
Vom Schnee bedeckt ſo weit/
Daß kein Blum gar
Zu ſpůren war/
Sie hattn ſich all verſteckt zur Zeit.

Doch ließ ſie bald hergrůnen
Durch den Schnee Blůmlein ſchön
Wo ſie ſich kund beſinnen/
Da ſie pflegten zu ſtehn:
Von Keyſer Kron/
Von Anemonn/
Naſturtien/Jaßmin/Pæonn/
Von ſchön Tůrckiſchen Bůndten/
Tulipen/Hyacinthen/
Biſmrößlein/Blawen Winden/
Tag vnd Nacht/Tauſendſchön/
Geniſten/Lilien/
Ackley/Saffran/
Veilen/Diptan/
Dis alls vnd mehr thet da auffgehn.

Sie

Sie ſucht aus denen allen
Von Farben mancherley/
Welch jhr draus möcht gefallen
Vnd der Zeit dienen frey:
Doch gfiel in gmein
Jhr kein Blůmlein/
Denn nur die Edle RAUT allein/
Die kein Froſt hindertreibet/
Die auch im Schnee bekleibet/
Vnd jmmer grůnend bleibet/
Die jetzt frey gfůhret wird
Vnd Martis Fahnen ziert:
Bey der ſittlich
Satzte ſie ſich/
Vnd da ein Carmen meditirt.

In dem thet ſie beſehen/
Jhren Parnaſſum klein/ 10. Iunij Anno 1620.
Vnd dacht was vnlangſt gſchehn/
Da jhr gerings Häußlein
Durch ſondre Gnad
Drauſſn vor der Stadt
Jhr Churfůrſtlich Gnad bſuchet hat/
Gleich wie bey armen Leuten
Jhm Jupiter vorzeiten
Ein Mahlzeit ließ bereiten/
Die er nicht hat veracht Ovid. 8. lib. Metamorp.
Verblieb auch vber Nacht
Bey jhnen dar
Vnd hat ſie gar
Reichlich mit Gſchencken auch bedacht.

Gleich

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0017-7

Gleich ſo thet ſich erweiſen
Ihr Churfürſtliche Gnad
Die auch die ſchlechten Speiſen
Damals veracht nicht hat/
Als Sie erſtlich
Gantz gnediglich
Erluſtet im Parnaſſo ſich/
Vnd auch daſelbſt beſehen
Die Bücher/drinn thut ſtehen
Vnd nimmer vntergehen/
Offt mancher wackrer Held/
Der vns drinn wird fürgſtelt/
Da ſonſt zur friſt
Gantz nichts mehr iſt/
So ewig wehrt auff dieſer Welt

So thet auch da verehren
(Wie Jupiter dort that)
Dem Parnaſſo zu ehren
Ihr Churfürſtliche Gnad
Ein Trunck vom Wein/
Welcher allein
Muß der Poeten Feder ſeyn:
Vnd weil wird alters wegen
Der Muſæ Vnvermögen
Der Ort zu weit entlegen/
Hat Ihr Churfürſtlich Gnad
Damals mit gutem Rath
Der Muſæ alt
Verſprochen bald
Ein andrn Parnaſſum in der Stadt.

Ab ſo gnedigſter Güte
Ihrs Herrens hochgeſchätzt
Die Muſa dahin griethe
Daß ſie ſich gleich entſetzt
Vnd gehorſambſt bat/
Daß er in Gnad
Den Will wolt nemen für die That/
Die Muſam auch beſchützen
Fürs falſchen Neiders Ritzen
Vnd böſer Augen glitzen/
Wündſcht auch/ weils ſies nicht hat/
Gott ſelbſt an jhrer ſtat
Vergelten woll
Reichlich vnd voll
Die groſſe Churfürſtlich Wolthat.

Wündſcht mehr/ Gott woll jhm geben
Jetzt vnd zu aller friſt
Geſundheit langes Leben/
Vnd was jhm nützlich iſt
Zum Fried vnd Krieg
Glück/ Heyl vnd Sieg/
Abwenden alles vngefüg.
Solchs demütigſt wündſchn vnd bit
Ihr Churfürſtlich Gnad beliebt
Vnd gnädigſt jhr die Hand giebt/
Drauff macht man bald abſchied/
Der Edl Gaſt wol zu fried
Satzt ſich zu Roß
Rit heim ins Schloß
Ruhm/ Lob vnd Ehr gleiten Jhn mit.

In des hat man vernommen
Daß zu Dreßdn in der Stad/
Gantz glůcklich wer ankommen
Zu Ihr Chufůrſtlichn Gnad
Vom Keyſer geſand
Der wol bekand
Herr Graff von hohen Zollern genand/
In des Mund Tugend lebet/
Höfflich Freundligkeit ſchwebet/
Vnd ernſte Weißheit bebet/
Der billich aller End
Als Reichshöff Præſident
Vnd geheimbder Rath
Ihrer Mayeſtat
Berůmbt gnung iſt/vnd wol bekandt.

Derſelb/wie ſichs gebůret/
Ward angenommen bald/
Vnd weil ſonſt depuriret,
Vnd angeſtellet im Wald
War allbereit
24. Iulij Auff ſelbe Zeit
Anno
1620. Ein Jagt von Moritzburg nicht weit/
Bey demſelben Dorff eben/
Dem nah ein Brunn darneben
Ein ſeltzam Nam gegeben/
Ward er zu dieſer Frewd/
So Diana bereit/
Auch mitgefůhrt
Vnd Comitirt,
Der beyzuwohnn in grůner Heyd.

So war

So war der Kurtzweil wegn
Dieſelb zu ſchawen all/
Die Fraw Muttr auch zugegen/
Vnd das Churfürſtlich Gmahl/
Der Herrlein drey
Der Frewlein zwey:
Die Muſa ward auch geruffn herbey/
Welch/als ſie heran nehen/
Ein Hirſch kaum hat erſehen/
So im Habrfeld thet ſtehen/
Verließ er ſeine Speiß/
Vnd lieff mit ſondern fleiß/
Vbr Querfeld ein/
Das ſcheinte ſeyn/
Als ob er etwas zuvor weiß.

In dem theten erklingen
Die Jegerhörnlein hell/
Das Wild thet herfür ſpringen/
Die Hund folgtn nach gar ſchnell
Vntrm Schirmen dar
Verborgen war
Der Edle Jegr mit ſeiner Schar/
Vnd thetn mit ſchieſſen dringen
Auffs Wild/ſo muſt fürſpringen/
Vnd ſich ſo laſſn vmbbringen:
Darab der Hörnlein hall
Für Frewd in Lüfften ſchall/
Biß die Luſt ſich
Auch endlich letzlich
Vnd ſich nach Dreßdn heimkahrten all.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0021-9

Dergleichen Kurtzweil wehrten
Biß der Auguſts eintrat.
Daſelbſt mit ſtoltzen Gberden
Mars Ordnung geben hat/
Daß man ohn fehl
Solt Waffen hell
Eim wackern Printzen ſchmieden ſchnell:
Vulcanus thet zur Sachen
Die Rüſtung gſchwind zu machen/
Cyclops ſchlug drauff mit krachen/
Brontes das Schwerd formirt/
Den Helm Pyracmon ziert/
Abr Steropes
Schmidt vnter des
Die andern Waffn / wie ſichs gebürt.

Daſelbſt ward vbergeben
Dianæ kurtzweil all/
Denn etwas gröſſers eben
Vnſrm Edlen Printz damal/
Vom Keyſer war
Befohlen klar/
Daß er mit ſeiner Krieges ſchar
Auff die Laußnitz ſolt dringen/
In gütten ſie zu bringen/
Oder mit Gwalt zu zwingen
Zu vorigr Obſervantz,
Bey der jederman gantz
Gewichen war/
Wie offenbar/
Nach jhrer Nachbarn Ordinantz.

Drümb er der Vrſach wegen
Sein Kriegs Heer aller Ort/
Wo das bißher gelegen
In Städten hier vnd dort/
Die an der Sahl/
Der Elb zumahl/
Der Vnſtrut/Muld/Pleiß/ Elſter all/
Auch die zu Mülberg lagen/
Beſchrieb in wenig Tagen/
Daß ſie ſolten ohn Zagen
Nun mit jhm ziehen fort:
Das Kriegsvolck aller Ort
War ghorſam bald/
Vnd ſich einſtalt/
Als ſie jhrs Herrn Mandat gehort.

Alſo das Volck Marſirte — 24. Auguſt. Anno. 1620.
Von Dreßden aus ein theil/
Theils vbr die Elb man führte
Bey Pirna aus in eyl.
Die Reuterey
Zog hernach frey
Jedr vnter ſeim Corneth herbey: — 25. Aug.
Drauff folgt man mit den Gſchützen/
Drinn Mars thut grawſam ſitzen
Vnd heraus Donnrn vnd Plitzen.
Endlich aus ſondern Rath — 23. Aug.
Ihr Churfürſtliche Gnad,
Auch ſelbſt auffbrach/
Vnd folgte nach
Aus ſeiner Feſtung vnd Häuptſtadt.

 Neben

Neben Ihr thet herreiten
Herr Graff Wolff von Manßfeld/
Auff den zu allen zeiten
Mars ſelbſt ein ſtarck Aug helt/
Der auch mit rath/
Ja mit der that
Für Käyſerliche Majeſtat
Sich Ritterlich zu wagen/
Mit dem Feind kühn zu ſchlagen
Vnd alles zu ertragen
Allzeit iſt reſolvirt,
Drumb er auch billich wird
Mit ſchuldiger Ehr
Vom gantzen Heer
General Leutnampt reſpectirt.

Die Kürisser schön zogen
Hindn nach vnd fornen her/
Die ſchönen Fähnlein flogen
Vom Wind getrieben ſehr/
Vnd weil im Wald
Die Jagt auch bald
Ein Krieg iſt/doch vngleicher geſtalt/
Muſten auch da mit zieren
Die Jeger mit marſiren/
Vnd jhr Bandlier rohr führen.
Von den Trommeten all
Vnd der Heerpaucken hall
Thet gar entſtehn
Ein ſolch Gthön/
Daß gleich die gantze Lufft erſchall.

Als

Als ſie nun kommen theten
An Pautzen bald hienan/
Die vnter den Sechs Stedten
Den Vorzog hat daran/
Weil drinn ſonſt wird
Deliberirt.
Was den Stenden wird proponirt,
Wolt man der Vrſach wegen
Ihr erſt kommen entgegen/
Vnd ſie mit Schantzn vmblegen:
Drumb ward ſie gantz mit Macht
Belegert Tag vnd Nacht/
Daß niemand kund
Einige Stund
Aus vnd eingehn für jhrer Wacht.

Jedoch daß man möcht ſehen/
Wie Ihr Churfürſtlich Gnad
An jhren vntergehen
Kein luſt noch gfallen hat/
Wardn ſie trewlich
Vnd ſonderlich
Erjnnert offt/daß ſie doch ſich
Zu erhalten jhr Leben/
Ihr Gut vnd Glück darneben/
Ihm ſolten vntergeben/
Wo ſie nicht wolten ſehn
Ihnen das ergſt geſchehn/
Wenn ſie mit Leid
Künfftiger Zeit
In euſſerſter noth würden ſtehn.

Als

Abr da halff gar kein rathen/
All bitt vergeblich war/
Vielleicht daß jhr Soldaten
Darwider waren gar/
Odr ob ſolchs hat
Vber die Stadt
Damals verhengt Gottes Vngnad.
Denn ſie mit groſſen ſchieſſen
Vns erſtlich theten grüſſen/
Vnd ſich als Feind anlieſſen:
Ja ſolchen Widerſtand
Bey jhnen man befand/
Daß nötig war
Zu brauchen dar
Noch gröſſer Gwalt zur Oberhand.

Drümb als der Stadt entgegen
Vnſer Volck gnommen ein
Die Hügl vmbher gelegen/
Schoß man mit Gwalt hinein:
Aus den Geſchütz
Flogn in der Hitz
Schwer Kugeln raus mit donnr vnd Plitz/
Aus den Mörſeln darneben
Gleich wie mit eim Erdbeben
Schwebten in Lüfften eben/
Vnd flogn die Kugeln ſchwer
Als Fewerklumpen her/
Inwendig holl
Böß Fewers voll/
Damit ſie ſchaden brachten ſehr.

Die

Die in der Stadt auffs beſte
Theten gar embſig ſeyn/
Daß ſie die böſen Gäſte/
So heuffig flogen rein/
Ausleſchten zwar/
Aber der war/
Je lengr es wehrt/ ein gröſſer Schar:
Letzlich ſich alls entzundte/
Vnd gleich im Fewer ſtunde/
Kein Menſch bald bleiben kundte
Für Hitz vnd Rauch zumahl/
Darvon die Lufft gleich all
Verfinſtert war/
Nichts ſah man dar/
Denn Dampff vnd Fewer vberall.

Der Weiber kläglich heulen
Hört man in ſolcher Noth/
Weil es denn auch wolt feylen
Hinfort an Kraut vnd Loth/
Vnd weil man ſach/
Daß nicht folgt nach
Entſetzung/ wie man erſt verſprach/
Thet den Soldaten allen
Das Hertz zugleich entfallen/
Die Bürger auch damahlen
Suchten/ zwar zimlich ſpat/
Die angebotne Gnad/
Die jhnen doch
Widerfuhr noch:
Mennglich Perdon erlanget hat.

Drauff/ als vor die Soldaten/
Dem Feind ein Viertel Jahr
Kein Hülff zu leiſten/ hatten
Geſchworn/ man jhnen dar
Erlaubnüß gab
Sampt jhrer Haab/
Mit Sack vnd Pack zu ziehen ab/
Anno 1620. 25. Sept. Als nun der Rath darneben
Die Schlüſſel vbergeben/
Thet ſich vbrall erheben
Im Lägr ein Frewdengſchrey.
Als bald man auch darbey
Mit Gſchützen gros
29. Sept. Drey Salve ſchoß:
Drauff Echo antwort an der Sprew.

Auch ward der vrſach wegen
Ein Feldpredigt gethan/
Drin Gott vmb Glück vnd Segen
Ward weiter gruffen an.
Drauff in die Stadt
30. Sept. Man bgleitet hat
Mit ſeim Volck Ihr Churfürſtlich Gnad:
Als die zur Burg einkamen/
Auffn Bretzſchenberg mit Namen/
Berufften man zuſammen
Des Orthes gantzen Rath/
Daß Ihrr Churfürſtlichn Gnad
Sie wern bereit
Auff bſtimpte Zeit
Zu huldigen an Keyſers ſtat.

Zu

Zu bſtimpter Stund ſich ſetzet
Churfürſtlich Gnaden frey
Auff ein Stuel hochgeſchetzet;
Vmb Jhn ſtunden herbey
Die Gheimen Räth.
Drauff bald zur ſtät
Der Rath des Orts rein kommen thet/
Vnd thet mit ſuppliciren
Sich gehorſambſt ſubmittiren.
Jhr Schuld auch depreciren.
Mit dem Verſprechen frey/
Daß ſie wolten auffs new
Forthin allein
Gehorſam ſeyn
Dem Keyſer mit bſtendigrer Trew.

Darauff mit ernſten Worten
Herr Caſpar von Schönbergk/
Der jetzund aller Orthen
Sich recht erweiſt im Werck
Ein Atlas ſeyn/
Auff dem in gmein
Des Lands geſchefft beruhn allein/
Thets jhnen ſcharff verheben/
Daß ſie jhr Pflicht auffgeben/
Vermahnt ſie auch darneben
Zu beſſrer Beſtendigkeit
Darnach wurd jhnn der Eyd
Verleſen dar/
Welchen ſie gar
Geleiſt in Vnterthänigkeit.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0029-7

Den Tag hernach der Orten
Ein Predigt war angſtellt
Drinn mit zierlichen Worten
Herr Doctor Hoë erzehlt/
Was auff ſich het
Wann man ſo thet
Verletzen die hoch Majeſtät:
Vnd wie Gott pfleg zu ſtraffen/
All die auffrühriſch Waffen
Wider ſie theten raffen/
Daß wir auch Gott mit fleiß
Sagten Lob/Ehr vnd Preiß/
Vnd bitten Jhn/
Daß Er forthin
Vns auch noch gnädig Hülff erweiß.

So ward reſtituiret
Gantz Vntr Laußnitz ohn feil:
So ward auch repariret
Der ObrLaußnitz ein theil.
Jn des kam bald
Der Winter kalt/
Der mahnt die Kriegsleut jung vnd alt
Mit ſeinem weiſſen Rücken/
Daß ſie ſich ſolten ſchicken/
Aus dem Feld heimzurücken.
Drauff Jhr Churfürſtlich Gnad/
Was Sie eingnommen hat
Befeſtiget hart/
Vnd wol verwart/
Vnd zog widr heim in ſein Häuptſtadt.

Gleich

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0030-9

Gleich vierzehn Wochen vmbwaren/ 2. December.
Daß ſie gezogen aus/
Vnd mit jhren Kriegsſcharen
Glücklich kamen zu Hauß/
Ebn mit der zierd
Vnd Ordnung gführt/
Die im Wegzug ward obſervirt:
Von den Paſteyn mit ſchieſſen
Thet man ſie frölich grüſſen:
Auch willkommen ſeyn hieſſen
Churfürſtlich Gnad damal
Die Herrn vnd Fräwlein all
Mit groſſer Frewd
Luſtig begleit
Von der Fraw Mutter vnd Gemahl.

Den Sontag drauff beſcheiden
Danckt man für ſolchen Sieg
Dem trewen Gott mit Frewden/
Vnd bat vmb ferner Glück/
Vnd gnedign Schutz
Dem Feind zu trotz/
Aber dem Vaterland zu nutz.
Nach dem Gebet anfiengen
Die Muſicn ſchön zu klingn
Vnd thet man darein ſingen:
HErr Gott dich loben wir.
Drein hort man thönen für
Heerpaucken hall
Vnd Tromten ſchall
Die Gſchütz giengen auch drein mit Zier.

 Drümb

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0031-4

Drümb auch der Vrſach wegen
Mein Muſa ſich hoch frewd/
Vnd hat gleich hier zu gegen
Diß ſchlecht Gſchencklein bereit/
Welch's ſie bringt dar
Demütigſt gar/
Genommen von Vier Zeitn im Jahr:
Der Winter ſol anheben
Zu bringn ein frölich Leben/
Laß auch viel Schnee herweben/
Damit gleich vrſach eben
Zur Schilttenfahrt wird geben/
Vnd andrer Luſt darneben.
Wenn der ſich thut verlieren/
Sol man den Frůling ſpůren
Gut Wetter vnd Fried einführen:
Der ſol das Erdreich zieren/
Die Bäum machen floriren
Vnd alls gleich renoviren.
Der ſol dem Sommer weichen.
Wenn nun der wird einſchleichen/
Sol er Armen vnd Reichen
Eytl Glück vnd Friedeszeichen/
All Schewnn auch voll/ dergleichen
Vor nie geweſt/ darreichen.
Letzt ſol der Herbſt einkehren/
Der ſol Wildſchwein vnd Beeren/
Haſn/ Reh/ vnd Hirſch verehren/
Auch Fiſch mit hauffen bſcheren/
Vnd ſich alſo vermehren/
Daß mans nicht könn verzehren.

So ſol

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0032-0

So ſol auch auszureiſſen
Aus allen Bergkwergs Schleüſſen/
Kupffr/Gold/Silbr/Bley/Zihn/Eyſen
Sich ſolcher meng erweiſen/
Daß man in allen Kreiſſen
Gnung hat darvon zu preiſen.
GOtt wol auff allen Seiten
Churfürſtlich Gnad begleyten/
Für die auch krefftig ſtreiten/
Vnd jhr ſchön Lob bey Leuten
Gantz durch die Welt außbreiten
Jetzt vnd zu ewign Zeiten.
Wer diß recht wündſcht mit mir/
Der tret jetzund herfür/
Vnd frölich dar/
Zum Newen Jahr
Churfürſtlicher Gnad gratulir.

E N D E

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0033-5

ULB Halle 3
004 803 566

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0034-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0035-6

14. Iulij 1620. *Spectatum* *MATER*
*Parvuli &* *raMATER*
*Ludo huic* *deſſe.*
*Pierides et*
*In mediâ p*
*Ocyus adſ*
*Tunc ub* *inſtat,*
*Diffugiun* NCEPS
*Inclytus &*
*Letiferiſte* *i.*
*Multa ſtra* *men.:*
*Ipſa cruen*
*Et, data ja* *e Matri,*
*Urget cum*
*Pòſt ea* *ponunt*
*Membra le*
*Jamq; dies*
*Ad ſua teſ* ESDARE-
*Talia in* *is*
*Plura, ſed* *em.,*
ARMA AL *Mars into-*
*Horriſono:* *r arma*
*Præparat,*
*Fulmincur* *ſem.,*
*Auricomâ* *m.*

*Feſtinat*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-35984-p0036-2